

Aduertencias para

vero commutando relaxare votum sine causa
omnino iusta, ad votum ipsum omnino rela-
xandum, imponendo aliquid loco eiusdem
vouenti, licet minus sit eo, quod voulit. Ex
dictis autem Armilla & Nauarri duo infer-
ri ait predictus auctor. Primo infertur, q
confessores debuē presentati possint dispen-
sare in omnibus votis, in quibus possunt E-
piscopi, exceptis votis peregrinationum ul-
tra duas dietas: sicut habetur in Compendio
ver. Absolutione quo ad seculares. 2.nu.12. hoc
tamen non ponunt efficere cum extraneis il-
larum Diaconatum, in quibus non sunt præ-
sentati, licet confessiones ipsorum audire pos-
sent. Hoc enim non est ita necessarium, sicut
receptio Sacramentorum necessariorum. In-
feriunt secundo, quod licet presbyteri Socie-
tatis Iesu auditis confessionibus omnium ad
ipsos accendentium, possint eorum vota pro-
tempore emissa [ultramarinis, visitationis
liminum Beatorum Petri & Pauli Apostolo-
rum de Urbe, ac Sancti Iacobi in Compostel-
la, nec non Religionis & Castitatis votis du-
taxat exceptis] in alia pietatis opera commu-
nare, non tamen poterunt in ipsis votis dis-
pensare cum his, qui ad eos recurrūt ex alie-
nis